

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

III. Ad Priorem Svvm In Spanheim, Fratrem Nicolaum Remitium. &c.

urn:nbn:de:0128-1-17336

LIARES
RITHEMII
ENSIS EPISTO
LIMVS AD IACOBVM
M FRATREM.

*ASTERII S. IACOBI Ado.
ri dulcissimo Salutem.*

auissime frater, ut epistolam nostram
e nostri de Span hem exitus familia-
n illum dñe, quo haec D. Iacob abba-
n, in vnum reuocemus sollem,
emper ad manum habeat transmis-
nobis impulerit, rationabiliter al-
lecturus est, seneccentem proprie-
tus, qui prior intravit. Cum ergo
tibi possumus denegare, cum id sit
Accipe nunc igitur testem in tra-
m librum epistolatum, quo casan-
d ad nostra valent, consolationis. Te
um hqredem, vt quibus dissolvi or-
em memoria contingat. Quan-
moriam posteritati commendare,
test ad mortuum. Num hec
in altari, supplex nostrum memori-
gationis dilaram (non dubitamus)
le nostri memor ad Deum. Erno. 10
oblensti, quarta die mensis Novem-

*EMENSIS, SVIS CHA-
n Spanhem, salutem &
item.*

* frater Theodericus monichus,
facti hand medio critere fulmatus;
emeritati satellitum malorum
fratres mei , si quos vestrum
eos esse suspicemur? Ad hispe-
strum vices interpolauit, sed non
uisquam vestrum cogitat. Si-
o primum temeritatis ministrum
nostrorum risus contumeliam.
Qui ex ortu calamitatem dolito-
Et reuera, fratres, graniter in huc
inus vobis & monasterio papet,
me odij Cynon, non* cere as-
sine causa contra iustitiam ad-
uius mandato urgente talia no-
ti et credam Principem Virgilio-
an Battologorum aduersum nos
area nostrum philologandi in-
hominis sacrarum intermittemus
cogite: nos ad literas natus sumus.
171

IOANNIS TRITHEMI.

419

cra librorum oblectamenta sequemur. Nobis in hac mortalitate constitutis nihil aliud
est viuere, quam vera sapientia studio insudare. Propterea si alterum oporteat, Abbatia
potius, quam literarum studio valedicemus. Interea, fratres charissimi, ne propter absen-
tiam nostri status monasterij grauius perturbetur, vnuquisque vestrum ordinem suum
& officium diligenter intucatur commissum, quoque deliberemus melius, quid nobis
in hac turbatione vitiliter sit agendum. Abbatii Speciosi montis*, non satis pulchre
Saturni motum sequenti, gratias agimus, non habemus. Ipse enim principialis omnium
in nos malorum est causa, ministros celeris in nostros prouocans, à quibus nec laetus
est vnuquam, nec eriam laeti potuisse. Quid ad innoxios familiares nostros, quod minas
10 ipse timuit exterorum? quasi desint nobis auxilia principum, quos non minus lingua pro-
cax, & intemperata senis proterua offendit. Moramur autem terenissimum principem
Philippum, iam quidem absentem & necessario expectamus: in cuius arbitrio confere-
mus omne quod nobis molestum occurrit. Non enim agemus quicquam in hac turbatione
nostra sine mirissimi principis consilio, cuius fauor & clementia pueris sparsis in nos
odium protulcauit. Valetè ex Budori oppido principis Palatini, decima die mensis Apri-
lis. Anno Christianorum M.D.V.

IUL

20 JOANNES TRITHE. ABBAS SPANHEM. IACOBO TRITHE-
mio, artium & philosophie Doctori, dulcis filiatri S.

VENI nos temeritas amulorum præsumpsit, relatione fratris Theoderici cognoui-
mus. Tu videoas cura, ut libros nostros & res tibi commissas, rōr rēquias uelā nōc, custodi-
as, x̄p̄ tōr p̄us nōp̄as tōr p̄at̄ēas nōt̄ip̄as. Non enim cogitamus redire ad Spanheim, nisi hanc
contumeliam nobis & nostris illatam sine demerito, ad noticiam deduxerimus pluri-
morum. Claves rerum nostrarum tōr p̄us nōp̄as nōl̄as, quas fidei tuæ in exitu nostro, cum
nihil suspicaremur aduersi, commisimus, nulli sine nostra tradas commissione. Tene-
mur enim suspicione vehementi quorundam in nos fratum conspirationis, Prioris ma-
xime & alterius, cui semper fuit infensus. Tu autem, frater dulcis, nihil mouere his ma-
liis; si tamen mala dicenda sunt, per quæ nobis iter in Deum paratur: experimento cognos-
cent se ludum inchoasse non puerilem, cum ipsi tandem in laqueum ceciderint quem
nobis parauerunt. Frater Theodericus, qui nostras ad te perferr literas, quādam à nobis
acceptis in mandatis, cui & fidem credulitatis adhibeas, & auxilium impendas. Eum
namque inter nostros alienigenam nobis inuenimus fidelem, qui & vicem nostram do-
leat, & quicquid inscrimius libens exequatur. Vale. Ex Buri decima die mensis Aprilis.
Anno Christianorum M.D.V.

III.

*AD PRIOREM SVVM IN SPANHEIM, FRATREM NIC-
LAUM Remitium. &c.*

Verbus in me proverbiū diuina permitente prouidentia impletum est: *Nulla talamitas sola.* Potestas aduersario data est in nos faziendi, nec pepercit, exemplo nos innocentis primum spoliās, rebus, amicis, & filiis quos parturiuimus in Domino, ac deinde corpus nunc varijs dilacerans plagijs: menem solam (nobis Dei miseratione assistente) nullatenus penetrabit. Iacemus hic febribus grauiiter afflitti, turgentibusq; vlerib; pleni, à nostris desolati, & (quod est grauius) in oprobrium & fabulā aduersarij literarum sine causa expositi. Nemo nos ex charis nostris omnibus consolatur, nemo veterum amicorum nostrorum longe absentium nos visitat, nemo dolentibus nobis compatitur. Sed tu Domine Deus misericordia & misericors resuisti me, & retribua eis, non malum pro malo (hoe enim per verbum tuum nobis interdictum est) sed in bono reiuante vincam malum, vt faciam quod discipulis suis verbum tuum inimicis persecutib; faciendum q; reatissime dixit. Erit enim mihi te miserante, hac incōmodorum temporalium obiectio ad salutē, si foris patiente contumelias & infirmitates corporisculo, mēs circa internorū studia immobilis perseueret. Ad labores natū me scio, & per multas tribulationes ad eā sum redditurus, à quo per inobedientiam recessi. Ego cōram Deo forsitan q; merui patiori, illi autem qui me persequuntur innoxium, viderint quo zelo moueantur. Alius est quod estimatione nostri ore proferunt, atque aliud quod mente cognoverunt. Sed de his alie-

tempore ratio est habenda, cum odiorum in nos causas non vnam, sed plures aperiemus iniustas. Interea nobis patienter ferendum quod necessitas indicit, donec Sol, quem caligo aliquantulum intercepit, rursus emitat super nos radios suos, cunctas mœroris tentbras exterminans. Mitte ad nos cum latore præsentium è Græca Bibliotheca nostra subiecta volumina, vt habeamus ad manum in lecto ægritudinis nostræ, quibus fructuose occupemur per interualla scripturarum studijs. Dictionarium in primis Græcum ab Aldo impressum Romano mittas velim. Ac deinde Psalterium ab eodem formis excusum Venetijs. Item epistolas Græcas manu nostra deserptas. Zenobium quoque, & ea que nos de Homero latina fecimus poemata. Astrolabium nostrum minus æreum, cum reliquis in breuiculo consignatis, vt mittas similiter præcipimus. Vale nostri memor ad Deum. E lo spira ultima die mensis Aprilis. Anno Christianorum M.D.V.

V.

IO. TRITHE. AB. SPAN. MAGISTRO IACOBO
Trithemio fratri. S.

CONTVL me pridem in ciuitatem Spirensen, non voluptatis causa, sed necessitatis, * Neburg. nequem Budorij in firmitate mea grauarem; malens esse cum noris & amicis, & illis maxime, quibus olim beneficia contuli, quam cum extraneis in Nouocastro, * ybi diebus quatuordecim mansi agrotans. Sum autem domo Abbatis Lympurgensis holpiti ceptus, & nec dum satis conualui de cunctis infirmitatibus meis. Nolumus te in Spanheim manere diutius, ne quid in re mali forsitan machinentur æmuli nostri, quos absentiam nostram grauiter ferre intelleximus. Verentur enim (vt conjectura assequimur) ne forte praua eorum consilia per nos in noticiam piissimorum principum deducantur, quod certe non sine causa metuunt: quippe qui conscientia sua sibi contestante intelligunt, quam præsumpto se nobis contumeliam propter Principis erga nos clementiam intulerunt. Quid autem dicent ad hoc, quod in nullo à nobis læsi vñquam, nos propterea persequuntur odio, quia serenissimo bene fauemus principi Budatorum, qui nobis püs semper & elementissimus exstitit? O inuidia semper cara, nemini plus noxia quam sibi quem te persequi arbitraris? Domini est terra, & plenitudo eius, pro cuius amore totus mundus mihi patria est, & facilis vnius iactura coenobij. Sed hæc tecum frater silentio regenda, quia nondum venit tempus, quo arcanum mentis meæ consilium in publicum exponatur. Numen sequor occultum. Acceptis tecum libris tuis ac vestimentis, quamprimum ad nos Neamarricum * venire cum fratre Theoderico festina: parauiimus tibi locum inter familiares Abbatis Lympurgensis non ultimum, à quo in secretarium assumeris, quo usque nobis lux interclusa resplendeat. Libris & rebus nostris, τὰς παρεῖας ἀποτινάχαι τὰς τέχνας μυστηῖς, iuxta ordinem & modum nostræ voluntatis, quem iste frater tibi dicatur est, rite dispositis, claves domus nostræ Abbatialis omnes ad manus Prioris consigna. Affert tecum libellos deuotionis nostræ græcos, quibus diutius carere non possumus. Cætera vero omnia philosophiae sacratioris necessaria in locum rede undispositum, do- nec finem consequantur epiclemata nostra. Vale frater vñice atque dulcissime. E Spira ultima die Mensis Aprilis. Anno Christianorum M.D.V.

VI.

IO. TRITHE. ABBAS SPAN. ROGERIO SYCAMBRO,
amicorum constantissimo S.

LE GIMVS indicem lucubrationum tuarum, quem nobis per Laurentium tabellarium nostrum pridie quam ad te scriberemus misisti, & satis admirari earum multitudinem nequimus. Plane admiratione dignum est, vnum te hominem obseruantia regularis disciplinæ dic noctuque semper occupatissimum, sex & triginta supra centum in decennio, metro simul & prola, non vulgaria absoluissime opuscula, quorum vel sola nomina mirum nos in modum oblectarunt. Da quæsumus operam, dulcissime Rogeri, vt quamprimum lectione tot operum tuorum nobis liceat recreari. Non enim tuam late prudenter scio quantis nos æmuli concurserint iniurijs, qualibusque premamur aduersis: contra quorum insultus omnium, vna nobis consolatio relicta est, vnu manet impenerabilis clypeus, mentis in Deum nostræ confidentia, & sacra studium lectionis. Hes enim fidos nostræ peregrinationis comites, nulla vñquam poterit à nobis remouere impetas, nulla,